



# FORMUŁY UROCZYSTEGO BŁOGOSŁAWIENSTWA NAD LUDEM

(Missale Romanum 2002)

## INITIO ANNI

**Sacerdos vel diaconus :**

Inclináte vos ad benedictiónem.

**Deinde sacerdos, manibus super populum extensis, dicit benedictionem :**

**S.** Deus, fons et orígo totíus benedictiónis, grátiam vobis concédát, benedictiónis suæ largitátem infúndat, atque per totum annum vos salvos et incólumes prótegat.

**R.** Amen.

**S.** Custódiat fídei vobis integritátem, tríbuat spei longanimitátem, perseverántem usque ad finem cum sancta patiéntia caritátem.

**R.** Amen.

**S.** Dies et actus vestros in sua pace dispónat, preces hic et ubíque exáudiat, et ad vitam ætérrnam felíciter vos perdúcat.

**R.** Amen.

**S.** Et benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Filii, + et Spíritus Sancti, descéndat super vos et máneat semper.

**R.** Amen.